ꝺẽtes ideo defluũt: qꝛ coagulũ charitatis nõ habẽt.
a Supedificãtes. Fidei. i. edificãtes voſipos ĩ bõis opib⁹ ſup fũdamẽtũ fidei: vt lapides viui ponamĩ in domo dei. b In ſpũſctõ orant. Ut de vr̃is viribus nõ p̄ſumatĩ: ſʒ in diuĩe tuiti is adiutorio ſperetis: nõ p vos ſaluari putãtes: ſed p aduẽtũ ſpũſſcti in vos peti te: quo inſpirati ardẽti⁹ ore tis: ne cũ his q̃ ſpũm nõ ha bẽt ab eccl'ia ſegregemĩ.
c Illos aũt ſaluate. Qui nõ ſũt dãnati apd̃ deũ. Sʒ tã ꝓpe cadũt in ignẽ doce te vt ſeipos liberẽt. d In timore. Hoc ad tria illa ad iungendũ eſt. Nã ⁊ apoſto tas cũ q̃ſqʒ arguit ⁊ dãna biles oſtẽdit in timore de bet arguere: ne forte ſibi ſu iſqʒ aliq̃d tale cõtingat. ⁊ q̃ de icẽdio vitiorꝫ aliũ caſti gãs eripit: timeat ne ⁊ ipſe tenteĩ. ⁊ q̃ penitenti ꝓximo miſereĩ: circũſpiciat ne for te plus iuſto vel ſeuer⁹ exi ſtat vel pius. e Odien tes eã ⁊c. Nõ corp⁹ ſʒ macu latũ eſſe odiſſe debem⁹ ⁊ ar guere: vt immaculatũ red damus: vt de carnali ſpũa le efficiatur: qd̃ qꝛ nõ nr̃i ar bitrij poteſtate: ſed dei gra tia ꝑficiendũ eſt. recte ſub iungiĩ: ei autẽ ⁊c.
f In exultatione. Quos ſuperius monebat in timo re deo ſeruire. dicit cõſtituẽ dos in exultatiõe: qꝛ quãto magis trepidi de actib⁹ ĩ p̄ ſenti fuerim⁹: tãto ampliuſ in futuro de ꝑcepta merce de letabimur. g Gl'ia ma gnificẽtia. Si habetis glo riã pure fidei ⁊ ꝯſcientie et magnificẽtiã in operatione: ⁊ imperiũ ſup infirmitateʒ vel ſup demões: ⁊ ptãtẽ re ſiſtẽdi vitijs vel tortorib⁹ deo nõ vobis imputate: qui ante tẽ pora ⁊ in pñti ⁊ poſt oĩa tpa ẽ glorioſus in eſſẽtia: magnific⁹ in opib⁹: ĩperãs tã volẽtib⁹ q̃ʒ nolẽtib⁹ ⁊ potẽs cui nihil reſiſtit.
Finit epiſtola beati Jude apoſtoli.

ſ vt ſitis tẽplũ dei.
a ſupedificãtes voſmetip̃os ſãctiſſimę a
ſ dei vel veſtro ſctificato.
b noſtrę fidei: in ſpirituſctõ orãtes voſ b c
metip̃os in dilectiõe dei ſeruate: ex d
pectãtes miſcdiaʒ dñi noſtri ieſu xp̃i
a ſ cõuincire ad vtilitatẽ nõ illorꝫ ſed eccleſie.
in vitam ęternã. Et hos quidẽ argũi e f
ſ certiſſime dãnatos diuino iudicio.
ſ vitiorꝫ: et ſic de igne tormentorꝫ. g
c te iudicatos: illos ãt ſaluate de igne h i
a ſ quadã vi. b ſ vel q̃s ĩ pctõ obſtinatos videtis: mi ſeremini dolentes q̆ nõ poteſtis eos ſaluare. ſ penitẽti bus ꝓximis.
d rãpiẽtes. Alijs aũtẽ miſeremini in ti k l m
e
ſ qꝛ cõcupiſcentijs carnis pollutĩ.
more: odiẽtes ⁊ eaʒ quę carnalis eſt n
a ſ corp⁹ mortale ⁊ paſſibile quo velatur anima.
macũlatam tunicã. Ei aũt qui poteſ o
ſ in omnib⁹ veſtris opib⁹. ſ in p̄ſenti. ſ in futuro.
eſt vos cõſeruare ſine peccato: ⁊ cõ p
ſ coram angelis qui cõtemplantur dei gloriam.
ſtituere ante cõſpectũ glorię ſuę im q
f maculatoſ in exultatiõe: in aduentu r s
a ſ ei. ſ qui ſol⁹ ẽ creator ⁊ ſaluator mittẽdo filium.
domini noſtri ieſu chriſti: ſõli dẽo ſal t
uatori noſtro: per ieſum chriſtuʒ do v
ſ imputet.
g minum noſtruʒ: gloria magnificen x y
tia imperium et poteſtas ante om z a
ne ſęculuʒ: ⁊ nunc ⁊ in omnia ſcl'a ſę b
culorum Amen.
Finit ep'la beati Judę apoſtoli.

ſimĩ ſupedificãtes voſmetipſos: in ſctĩs opib⁹ ⁊ meditatiõib⁹.
a Sãctiſſime nr̃e fidei. i. ſupaddẽtes iſta fidei nr̃e ſanctiſſime ſic̃ firmo ⁊ ſtabili fũdamẽto. b In ſpũſctõ orãtes. q̃ eleuat fideliũ mentes. Orõ enĩ ſm Damaſcenũ eſt aſcẽſus mẽtis in deũ. c Uoſmetipos in dile. dei ſuate. opa charitatis cõtinuãdo. nã iſta dilectio non ſubtrahiĩ ex pte dei: niſi p̃mo deficiat ex pte hoĩs: ⁊ ſic in ei⁹ poteſtate eſt hãc dilectionẽ cõſeruare. d Expectãtes miſericordiam dñi nr̃i ieſu xp̃i. ⁊ hoc in ſpe q̃ certa expectatio ẽ future beatitudĩs ex gr̃a ⁊ meritĩ ꝓuenieñs. e Et hos q̃dẽ. ſ. hereticos obſtinatos. f Arguite iudicatos. i. arguẽdos oſtẽdite tãq̃ʒ cõdẽnatos. g Illos vero q̃ nõ ſũt adhuc obſtinati. h Saluate. per bonã doctrinã ⁊ vitã. i De igne rapientes. i. ne deſcẽdãt ad ignẽ gehẽne. k Alijs aũt. ſ. pctõrib⁹ q̃ nõ ſũt heretici. l Miſeremini. eis cõpatiẽtes ⁊ ad emẽdationẽ eorꝫ laborantes. m In timore. ne forte cõtingat vos ſilr̃ peccare. n Odiẽtes ⁊ eam q̃ carnalis eſt maculatã tu. i. conuerſationeʒ. Iſtud addiĩ eo q̆ dixerat: Alijs autẽ miſeremini: qꝛ licet peccatoribus ſit cõpatiendũ tñ eorꝫ vitiũ eſt odiẽdũ. o Ei aũt. Hec ẽ vltima pars et confirmatio hui⁹ epiſtole quaʒ terminat beatus iudas in diuina laude dicens: Ei aũt qui potens eſt vos cõſeruare ſine peccato. i. deo ſine cuius gratia homo nõ poteſt a peccato reſurgere: nec in bono meritorio pſeuerare. p Et conſtituere. ſ. vos. q Ante conſpectũ glorie ſue. p apertã viſionem. r Immaculatos. quia null⁹ habens maculã admittitur ad eam: Apocal. xxi. Nõ intrabit in eã aliq̃d coinq̃natũ. s In aduentu dñi nr̃i ieſu chriſti. ad iudiciũ. tũc enĩ dabiĩ electis gloria ꝑfecta in corpore ⁊ anima. t Soli deo ſaluatori noſtro. ipſe ſolus poteſt nos ſaluare eterna ſalute. v Per ieſum chriſtuʒ dñm nr̃m. nã hũanitas xp̃i ⁊ hũane ſalutis ĩſtrumẽtũ diuinitati ꝯiunctũ: vt frequẽter dictũ eſt. ſ̃. x Gloria. inq̃ʒtũ apparet dign⁹ omni laude. eſt enĩ gloria clara cũ laude noticia. y Magnificẽtia. ex diffuſiõe ſue bonitatis ſup oĩa. z Imperiũ. ex obediẽtia totius creature ad ip̃m. a Et poteſtas in punitione malorꝫ ⁊ p̃miatiõe bonorꝫ. b Ante oĩa ſecula. licet enĩ p̃dicti actus circa creaturas ſint tpaleſ: tñ virtus diuina qua talia facit eſt eterna. Amen:
Finit poſtilla venerabilis fratris Nicolai de lyra ſuper epiſtolam Jude apoſtoli.

Prefatio

Poſtilla venerabilis fratris Nicolai de lyra ſuper Apocalypſim incipit et primo prefatio.

Oportet te iterũ ꝓphetare ppl'is ⁊ gẽtib⁹: Apocalyp. x. Sicut dixi in p̃ncipio Geñ. vet⁹ ⁊ nouum teſtamẽtũ adinuicẽ correſpõdẽt. nã ſe habẽt ſic̃ rota ĩ medio rote: Ezech. j. Et hoc patet per libros vtriuſqʒ. In veteri enĩ teſtamẽta ſũt libri legales: hiſtoriales: ſapiẽtiales ⁊ ꝓphetaleſ. In nouo vero legi reſpõdet euãgeliũ. libris hiſtorialib⁹ Actus apl'orꝫ. ſapiẽtialib⁹ vero epiſtole Pauli cũ ſeptẽ canõicis. ꝓphetalib⁹ aũt Apocalypſis. vñ ⁊ hñ diciĩ btõ iohanni verbũ ꝓpoſitũ: Oportet te iterũ ꝓphetare ppl'is ⁊ gẽtibus. Et diciĩ: Iterꝫ. i. poſt ꝓphetas veteris teſtamẽti. Unde in verbo ꝓpoſito poſſunt notari quattuor cõditiones huius libri. Prima eſt ei⁹ neceſſitas que notaĩ ibi: Oportet. Scd̃a ẽ ipſi⁹ veritas. ibi: Te ꝓphetare. Tertia ordinis qualitas. ibi: Iterũ. Quarta eiuſdẽ generalitas. ibi: Popul' ⁊ gẽtibus. Circa primũ cõſiderandũ q̆ ſicut dicit Apl'us Heb. x. Patiẽtia vobis neceſſaria eſt. quã facili⁹ habem⁹: ſi tribulatiões futuras aliq̃ modo p̄cognoſcamus: ſm qd̃ dicit beat⁹ Grego. Homelia. xxxiij. Minus iacula feriunt que p̄uidenĩ: ⁊ nos tolerabilius mundi mala ſuſcipimus: ſi contra hec per ꝓuidẽtie clypeum munimur. Beatus vero Johãnes in hoc libro ꝓphetico deſcribit tribulationes eccleſie futuras a ſuo tẽpore vſqʒ ad finem mundi ſm catholicos doctores: vt cõtra ipſas patientie clypeo neceſſario muniamur. ſi ſic patet neceſſitas huiuſ libri. ꝓpter quod dicitur Johis. ĩ. j. ca. Scribe ergo q̃ vidiſti ⁊ que ſunt ⁊ que oportet fieri cito. q. d. ſcribe in libro que vidiſti. i. reuelationes diuinitus factas tibi. Et que ſunt: qꝛ tribulationes eccleſie iam inceperãt. Et que oportet fieri cito ſʒ diuinã ordinationẽ ad patientie fideliũ ꝓbationẽ. Poſt h̃: nã licet a principio naſcentis eccleſie ſurrexerint tribulatiões cõtra cetum fideliũ vt patet in Actib⁹ apoſtolorũ. tamen maiores ſurgent circa finẽ mũdi tẽpore antichriſti. Circa ſecundum conſiderandũ q̆ in cognitione habita inueſtigatiõe humana frequẽter falſitas contingit. nam licet prima principia ſint per ſe nota: tamen in deductione ipſorum ad concluſiões maxime remotas cõtingit frequẽter errare: ſed in cognitione habita reuelatione diuina non poteſt eſſe falſitas: cuʒ ipſe ſit regula veritatis. Cognitio vero ꝓphetica qualis eſt in hoc libro contenta: non ꝓcedit ex inueſtigatione humana: ſed reuelatione diuina. ij. Petri. j. non enim voluntate humana allata eſt aliquando ꝓphetia: ſed ſpirituſancto ĩſpirati locuti ſũt ſancti dei homines. ꝓpter quod in hoc libro non eſt falſitas aliqua ſed veritas mera. ideo diciĩ ei vltimo ca. Et dixit mihi. ſ. angelus loquens iohanni: Hec verba fideliſſima ⁊ vera ſunt ⁊ dñs deus ſpirituũ ꝓphetarũ miſit angelum ſuũ oſtendere ſeruis ſuis que oportet fieri cito. Circa tertiũ in quo notatur ordinis qualitas. cum dicitur: Iterum. i. poſt ꝓphetas

veteris teſtamenti. Conſiderandum ꝙ ſicut libri ꝓphetales ĩ veteri teſtamento ſunt vltimi ſm ordinem quem habent in biblijs noſtris communiter. nam apud iudeos eſt aliter. licet autem libri Machabeoꝝ ponanť in biblijs noſtris poſt libros ꝓphetarum: tamẽ nõ ſũt de canone: ſm qđ dicit Hiero. in ꝓlogo galeato: qui premittitur libris Reg. ⁊ ideo inter libros canonicos veteris teſtamenti libri ꝓphetales ſunt vltimi ſic̃ dixi. ⁊ ſimiliter inter libros noui teſtamenti liber Apocalypſis ẽ vltimus. vñ poteſt exponi illud quod dicit Iohis. xxi. Manifeſtauit ſe iterũ ieſus ad mare tyberiadis. Ad cuius intelligẽtiã ſciendũ ꝙ locus aliquando accipitur pro habitantibus in ipſo. ſicut dicitur cõmuniter: Pariſius fecit tale feſtum vł ſpectaculum. i. populus habitans pariſius. Beatus ꝟo Iohannes prope mare galilee: quod altero nomine dicitur mare tyberiadis fuit natus. ⁊ in eodem piſcationibus fuit occupatus ⁊ inde a chriſto vocatus: vt habeť Mat. iiij. ꝓpter quod conueniẽter poteſt nomĩe tyberiadis deſignari. vt ſit ſenſus: Manifeſtauit ſe iterũ ieſus ad mare tyberiadis. i. ad iohannẽ euãgeliſtam. Iterum: id eſt poſt prophetas veteris teſtamenti. Item aliter: Iterum. ſ. ſemel in euangelij deſcriptione: ⁊ alš in apocalypſis reuelatiõe. Circa quartũ cõſiderãdũ ꝙ prophete veteris teſtamenti licet prophetauerint de pluribꝰ populis et gentibus: vt patet libros eorum intuenti: tamen prophetauerunt tm̃ vni populo ſiue genti. ſ. iudeoꝝ. Iona tñ excepto q̃ fuit miſſus ad ꝓphetãdũ niniuit. ceteri ꝟo ad ꝓphetãdũ iudeis. Iohãnes ꝟo ꝓphetauit in hoc libro omnibꝰ gẽtibus et populis: quia ꝓphetauit vniuerſali eccleſie ex omnibus gẽtibus ⁊ populis ⁊ linguis ꝯſtitute: vt magis videbiť in libri ꝑſecutiõe: ꝓpť qđ de ipo pōt dici illđ Eſa. lv. Ecce teſtẽ pplis dedi eũ ducẽ ac p̃ceptorẽ gentibus. dicit Teſtem: qꝛ proteſtatus fuit vniuerſali eccleſie de futuris tribulationibꝰ. Ducem ac preceptorem: vt per eius vitam ⁊ doctrinam omnes gentes (ſi ſequantur ipſum:) ad celeſtem gloriam deducãtur: preſtante domino noſtro ieſu chriſto: qui cum patre ⁊ ſpiritaſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Prefatio ſup Apocalypſim finit.

¶ Incipit prefatio Gilberti pi/
ctauienſis in apocalypſĩ iohis.
a Omnes q̃ pie volunt
b viuere ĩ chriſto (ſicut
ait apłs) † ꝑſecutionẽ
patieñť. Iuxta illđ † Fili
d accedẽs ad ſeruitutez
e dei ſta ĩ iuſticia ⁊ timore: ⁊ ꝑpara a/
f g h nimã tuã ad tẽtationẽ. Tentatio
i nãq ẽ vita hoĩs ſup terraꝫ. Ne ãt
fideles in his deficiãt cõſolať eos k l
dñs: atq ꝯfirmat dicẽs: † Vobiſcũ m n
ſũ vſq ad ꝯſũmatiõem ſcłi: et no/ o
lite timere puſillꝰ grex. Propter/ p
ea vidẽs deus pater tribulatio/ q
nes quas paſſura erat eccleſia ab
apłis fundata ſup petrã xp̃m: vt r
minus timeãť diſpoſuit vna cũ fi s t
lio ⁊ ſpirituſctõ eas reuelare. Re v
uelauit autẽ tota trinitas xp̃o ſꝫ v
humanitatẽ. Chriſtus ꝟo iohãni y z
ꝑ ãgelũ: iohãnes eccłie: de q̃ reue a
latiõe hunc librũ cõpoſuit. Unde b c
⁊ liber iſte apocalypſis dicitur: d
id eſt reuelatio: quia hic ꝯtineñť q̃ e
deus reuelauit iohanni: ⁊ iohes
eccleſie: quanta ſcꝫ eccleſia paſſa
ſit tpe p̃mitiuo: ⁊ nũc patiať ⁊ ĩ no f g
uiſſimis tpibꝰ antichriſti paſſura
ſit: qñ tãta erit tribulatio: vt ſi fie
ri pōt etiam moueãť electi: ⁊ que h
ꝓ his ⁊ nunc ⁊ in futuro p̃mia ſit i
ſuſceptura: vt quos denunciata k
ſupplicia terrẽt: ꝓmiſſa p̃mia leti l
ficẽt. Ideo iſte liber inter reliq̃s m

Nico. de lyra

¶ Incipit expoſitio venerabil' Nicolai de lyra ſup p̃fationẽ Gilberti in librũ Apocalypſis.

a Omnes q̃ pie volũt viuere ⁊c̃. Quia effectꝰ efficienti ⁊ opꝰ artifici ꝯuenienť rñdet. Artificũ aũt q̃dã ẽ artifex auctoritate: q̃dã miſterio: ſic etiã de efficiẽte. Gilbertꝰ huic opi p̃mitteť p̃fationẽ iſtã. Prio ipam determiat ĩ relatiõe ad artificẽ ſiue efficiẽtẽ auctoritate. ſcđo in relatiõe ad artificeꝫ ſiue efficiẽtẽ miſterio. ibi: Uidit aũt iohes ⁊ ſcpſit ⁊c̃. Quia aũt artifex ñ ẽ opans cũ ipetu: ſꝫ p̃cedẽte diſpoſitiõe: quã q̃dẽ cõſeq̃ť opatio circa materiã: ⁊ ipaꝫ opationẽ ĩformat intẽtio ex pte agẽt: ⁊ motꝰ ex pte opis: ad quẽ vł q̃ ſequitur ipm opatũ in effectũ. Primo determinať de efficiẽte ſiue artifice. inq̃ꝫtuꝫ eſt diſponẽs. ſcđa inq̃ꝫtũ ẽ agens. ibi: Reuelauit autẽ tota trinitas. tertio đ materia actiõis. ibi: De q̃ reuelatione hũc librũ ſcri. ⁊c̃. q̃rto de itẽtiõe agẽt. ibi: Ut q̃s denũciata ſupplicia terrẽt. q̃nto de ipo opato. ibi: Ideo iſte liber inter reliq̃s ſcri. ⁊c̃. ſexto de mõ actionis. ibi: Cũ aũt iohãni h̃ in viſiõe fuerũt reuelata. Et in his ſex tãgũť q̃ttuor cauſe vna cũ cauſato. efficiens aũt inq̃ꝫtũ eſt de duplici differẽtia. ſ. diſponẽtis ⁊ agẽtis. Premittẽs igiť expoſitor huiꝰ libri. ſ. Gilbertꝰ in p̃ma pte iſtius p̃fatiõis: breuẽ fideliũ trãſlationẽ ex ꝟbis ipſiꝰ cõſolatoris xp̃i. ſubiũgit q̃liter deꝰ diſpoſuit tribulatiões futuras eccłie reuelare. Et qꝛ diſpoſitiõi rationabili rñdet rõ cõueniẽs: interſerit rõnẽ q̃re deꝰ ſic diſpoſuit. ibi: Propterea vidẽs deꝰ pať tri. Tria igiť in hac ꝑticła p̃mo tãgũť. ſ. cõſolatio fideliũ: rõ diſpoſitiõis diuĩe: ⁊ ipa diſpoſitio. Dic̃ ḡ: Omẽs q̃ pie ⁊ iuſte. i. religioſe.
b ¶ Volũt vi. ĩ xp̃o. ſic̃ dic̃ apłs. ij. Timoth. iij. Perſecutionẽ patieñť.
c ¶ Iuxta il. Eccłi. ij. Fili acce. ad ſuitutẽ dei: cui ſuire regnare ẽ. ¶ d Sta. in iuſticia firmꝰ ⁊ paratꝰ ad opa iuſticie exercẽda: Tob. v. Egreſſus tobias iuẽit iu. ſtan. ſplẽdiduꝫ p̃cinctũ ⁊ q̃ſi paratũ ad ambulãdũ. ¶ e Et tiore. vt nihil qđ faciẽdũ ẽ negligaſ: Eccłs. vij. Qui timet dñm nihil negligit.
f ¶ Et p̃para ani. t. i. volũtatẽ tuã. ¶ g Ad tẽta. ſuſtinẽdã: Iacobi. j. Btũs vir q̃ ſuffert tẽ. ſupple ſpõte. Et q̃re h̃ ſit faciẽdũ. ſubiũgit. d. Tẽtatio nãq ẽ vita hoĩs ſup terrã: Iob. vij. Alia lrã: Militia ẽ vita hoĩs ſup terrã. q. d. hõ ad h̃ poſitꝰ ẽ ſup terrã: vt tãq miles fortł ⁊ ſtrẽnuꝰ fortł ſit in tẽtatiõibꝰ. ¶ i Ne

Nico. de lyra

aũt fideles in his. iã dict. ꝑſecutiõe ſ. ⁊ tẽtatiõe. ¶ k Deficiãt. q̃ſi fatigati. l ¶ Cõſolať eos do. vt hilares reddat ⁊ alacres. ¶ m Atq cõfir. vt fortes efficiat ⁊ ſtabiles. Conſolať inq̃ꝫ atq cõfirmat. d. ¶ n Vobiſcuꝫ ſũ vſq ad †2. Tio. 3. c
cõſũ. ſe. Mat. vl. ſ. ad tuẽdũ vos.
o ¶ Et nolite tiere puſillus grex: Lu. † Ecc. 2. a
xij. ¶ p Propterea vidẽs deꝰ pr̃. Poſita fideliũ ꝯſolatiõe. tãgit cãm q̃re tribulatiões eccłie reuelare diſpoſuit: videlicet vt p̃uiſe a fidelibꝰ minꝰ timeãtur: Grego. Minꝰ iacula feriũt q̃ p̃uidenť. Propterea. ſ. qꝛ cõſolať et cõfirmat fideles. ¶ q Uidens deꝰ ⁊c̃. ſup petrã xp̃m. j. Coꝝ. x. Petra autẽ erat † Mat. 28. a
xp̃s: ⁊ Mat. xvj. Sup hãc petrã. ſ. me xp̃m edificabo eccłiam meã. ¶ r Ut minus timeãť. ſ. tribulatiões. ¶ s Diſpoſuit. deꝰ pať. ¶ t Una. i. pariť. Cũ filio ⁊ ſpũſctõ. eas reuelare. ¶ v Reuelauit ãt to. tri. ⁊c̃. Hic tãgiť de artifice inq̃ꝫtũ eſt operãs ſiue agens. ⁊ qꝛ h̃ actio ñ ſolũ req̃rebat materiã ĩ q̃: ſꝫ cui: ⁊ ſubiũgit. d. ¶ x Chriſto ſm humanitatẽ. i. xp̃o inq̃ꝫtũ ẽ hõ: ⁊ inq̃ꝫtuꝫ eſt deꝰ. ipe etiã ſibi homini reuelauit. Sed nõne aĩa xp̃i a tpe cõceptiõis ſciuit oĩa q̃ deꝰ? Reſpõſio. licet oĩa ſciuit nõ tñ ita limpide ſic̃ deꝰ. ꝓpter qđ circa ea q̃ ſciuit aliq̃d poterat a deo reuelari ſibi. ¶ y Xp̃s ꝟo iohãni ꝑ an. iohã. ec. reuelauit. ¶ z Eccłie. ſ. aſie ſpecialiť. Ioh. vij. Eccleſijs q̃ ſũt in aſia. ſꝫ generaliť vniuerſe. ¶ a De q̃ reue. materialiť. i. de q̃bꝰ reuelat: vł aggregatiue. i. đ q̃bꝰ reuelatiõibꝰ. ¶ b Hũc librũ cõpoſuit. ſ. iohes. ¶ c Un. i. qꝛ đ hac reuelatiõe. ¶ d Apocalypſis đr. i. reuelatio. ab apo qđ ẽ re ⁊ calypſis qđ eſt velamẽtũ: q̃ſi reuelamentũ vel reuelatio: qꝛ ibi multa reuelanť. vñđ apocalypſoꝛ ris: id ẽ qđ eſt reuelare. qꝛ h̃ cõtineñť. ¶ e Que deꝰ reuelauit ⁊c̃. in tpe p̃mitiuo. i. tpe fundatiõis ⁊ plãtatiõis ſue. Et q̃nta. ¶ f Nũc. i. tẽpore moderno patiať. Et quãta.
g ¶ In nouiſſimis temporibus antichriſti paſſura ſit quando tanta erit tribulatio vt ſi fieri pōt mo. ẽt electi: Mat. xxiiij. ¶ h Et q̃ ꝓ his ⁊ nũc. i. in aliquibus mẽbris. i ¶ Et in futuro p̃mia ſit ſuſceptura. Ał: Nunc. q̃ꝫtum ad dona gratie. In futuro. q̃ꝫtum ad dona glorie. k ¶ Ut quos denunciata ſupplicia terrent. Hic tangiť intentio reuelãtis. ¶ l Promiſſa p̃mia ſeclł. qꝛ ſꝫ Bernardũ: Cõſideratio p̃mij minuit vim flagelli. Seneca: Spes premij ſolatiũ ſit laboris. ¶ m Ideo iſte liber ⁊c̃. ꝓphetie nomine cenſetur, hic declarať de ipſo opato, ⁊ p̃mo ſimpliciť. ſcđo eiꝰ excel

lentiã reſpe